Diss ertatio aliqua, quæ videntur utiliter proponenda Capitulo Gen. Ordinis Prædic. proxime celebrando in hoc anno 1748, occasione obitus Rmi P. Fr. Thomæ Ripoll Magistri Generalis ejusdem Ordinis, ut ea denuntiet tamquam certa, et iam declarata, vel declaret pro dubiis de cætero pellendis.

§. Pro casu Capituli Generalis et anno Provincialatus vel mortis Provincialis pro electione Magistri Ordinis.

Cum Quadriennium Provincialatus finitur in eodem anno, in quo contingit mors vel amotio Magistri Ordinis, vel celebratur Capitulum Generale, quod sit Provincialium, non ita frequenter accidat: et in hac Provincia Hispaniæ, et forsan in aliis, semel tantum, post constitutionem Julii II de temporalitate officiorum, acceptam in hac Provincia anno 1513 iuxta Breve Leonis X insertum actis Cap. Prov. Corduba illo anno celebrati, et in toto Ordine in Cap. Gen. Salmanticæ 1551, per quam exprimuntur illi duo casus, et præscribitur, quod tunc Provincialatus prorogetur usque ad capitulum Generale completum, ne in illo desint suffragia legitima Provincialium. Semel, inquam, scilicet anno 1557 in hac Provincia accidit primus casus, absoluto scilicet quadriennio Provincialatus in vacantia Magisterii Ordinis: nescitur autem, an secundus casus acciderit, vel saltem, quod observata fuerit in illo præfata Julii II constitutio; utile videtur, quod hi casus denuntientur, cum declaratione facta a Clemente IX anno 1670 pro primo casu, quæ propter identitatem rationis videtur extendenda ad secundum: ne de hoc possit accidere dubium cum diversitate opinionum: et maxime cum ex Brevi Pauli IV dati anno 1557, et acceptati anno 1559 Capitula Provincialia pro electione Provincialis debeant celebrari in hac Provincia in Dominica *Deus qui errantibus*, ut fere fit in omnibus aliis Provinciis. Quod si Capitulum Generale celebretur extra Hispaniam, ab illa Dominica non suppetat tempus, ut Provincialis sabbato antecedente electus confirmationem accipiat, immo nec iter arripiat ad Capitulum Generale. ~~[illegible]~~

Circa primum casum etiam videtur utiliter declarandum, an similis prorogatio procedat; si mors vel amotio Magistri Ordinis accidat post festum S. Michaelis, in quo casu iuxta constit. Ordinis d. 2 cap. 5 §. 1, Cap. Generale differtur usque ad festum Pentecostes sequentis anni. Nam ratio assignata a Julio II deficit: cum suppetat tempus arripiendi iter Electo Provinciali ~~et confirmato~~ in Cap. Regulari celebrato in Dominica *Deus qui errantibus*, et iam confirmato. Idem si ex providentia Summi Pontificis in alium annum differatur, aut ex alio casu fortuito.

§ II. Circa legitimos Diffinitorem et electorem Cap. Gen. electionis Magistri Ordinis.

1º videtur utiliter declarandum: An ordinatio 1. *pro bono regimine* Cap. Gen. 1725 deroget præcedentibus declarationibus Capitulorum Gen., et maxime declarationi 16 pro capitulo Generali, quod sit Diffinitorum, et 17 pro illo, quod sit Provincialium, et 18? ut ita futuris temporibus non sit locus diversis opinionibus in hac Provincia, aut aliis.

Fuere siquidem aliqui, qui diffuso scripto probare conati sunt, quod illas vel abrogaverit, vel explicaverit, ~~et maxime~~ ita ut ad praxim non possint duci in sensu, quem prima specie videntur præseferre: et maxime illa XVI, ac qua potissimum fuit controversia; cum Capitulum Generale proxime celebrandum sit primum Diffinitorum. Sed adhuc hi in distinctas et oppositas sententias secunt. Nam alii ponderatis aliquibus textibus Nostrarum constitutionum, senserunt, quod cum a capitulo Provinciali intermedio celebrato Beneventi anno 1746, usque ad nostram obitus Magistri Ordinis intercesserint duo festa Pentecostes, electi Diffinitor, et Elector in illo Capitulo ceciderunt iam a iure præfatorum munerum respective exercendorum: ac proinde non possunt in illo solidari, ex eo quod congregatio Gravium Patrum (in Provinciis in quibus non admittuntur Magistri) vel Magistri Provinciæ simul adunati per vota secreta deliberent, quod non celebretur Capitulum Provinciale pro nova electione Diffinitoris et Electoris, iuxta illam declarationem XVI.

4 Alii autem ex eadem ordinatione intulerunt, quod electi Diffinitor et elector in illo Capitulo intermedio, additis expresse illis clausulis: *prout opus sit, et sive Capitulum Generale sit Provincialium, sive Diffinitorum*, prout in illo præcipitur addi, adeo firmum ius acquisisse, ut Provinciæ non sit integrum procedere ad celebrationem Capituli pro nova electione Diffinitoris et electoris. ~~[illegible]~~ Quod satis elaborato ac ingenioso concinnato scripto probare conati sunt. Cui opinioni nixi præfati in illo capitulo intermedio electi via iuris libello R. Adm. P. Provinciali oblato petiverunt ut a convocanda congregatione Magistrorum Provinciæ, iuxta præfatam declarationem XVI, abstineret, donec sententiam diffinitivam super sua postulatione ferret, adhibita etiam protestatione nullitatis eorum, quæ aliter fierent.

5 Sed alii iudicarunt præfatas declarationes in omni sua vi persistere, nec per illam ordinationem

ullatenus fuisse abrogatas: formam proinde præstare agendorum in præsenti casu pro legi[...]
Diffinitore, et electore proximi Capituli Generalis. Cum autem sit Capitulum Diffinitorum (ho[...]
nomen iuxta ordinem, præscriptum in constitutionibus d. 2 cap 8 § 1, ut duo cap. Gen sint Diffi[...]
tertium autem Provincialium, non amittit, ex eo quod etiam Provinciales illi intersint, ut eligant [...]
trum iuxta Cap IV eiusdem dist, et simul cum Diffinitoribus definiant iuxta præfatum cap[...]
§ 10: ut tamquam certum potius supponatur, quam decidatur illo cap 4. § 3: et cap 8 § 10.) [...]
dam esse formam præscriptam in illa declaratione XVI cap Gen. 1691: In qua; Ad intelli[...]
(dicitur) secundæ declarationis Cap Romæ 1629, qua declaratur textus, et Glosa lit b: et [...]
explicationem declarationis quartæ cap. Valentini 1647, et declarationis secundæ Cap[...]
1677, declarando statuimus, quod in omni Cap. Provinciali, vel intermedio in quo iuxta [...]
Provinciarum eligentur Diffinitores, semper eligatur Diffinitor Cap. Gen in anno Diffinit[...]
etiam assignabitur Socius a R. P. Provinciali, vel Vicario Provinciæ, et Diffinitoribus Ca[...]
ita tamen (subditur) ut iuxta declarationem Cap. Gen. Romæ 1677, et textum præfatæ [...]
tionis, si contingeret, futuram esse electionem Magistri Ordinis in proxima Cap. Gen; tunc [...]
petat tempus, possit congregari Provincia ad novam electionem Diffinitoris et Electoris Gen[...]
non tamen pro arbitrio Patris Provincialis, sed de consilio maioris partis Graduatorum Pa[...]
vel Magistrorum Provinciæ simul adunatorum, et per vota secreta.

6 Sane stante hac declaratione, nemo negare potuit R. Adm. P. Provincialem debuisse vocare [...]
Magistros Provinciæ ad conventum et diem determinatum in præsenti casu, cum a notitia [...]
Rmi Rippoll sine convocatoria ad sabbatum in vigilia Pentecostes, in quo celebranda est el[...]
istri Ordinis sufficiens seu abundans fuerit tempus ad præfatam congregationem, et ce[...]
nem Capituli pro nova electione Diffinitoris et Socij, seu Electoris, si in illa determinaverun[...]
iori parte coacto capituli: et ut R. A. P. Provinciali cum Diffinitore et Electore iter ar[...]
versus Bononiam: quin necessarium esset, ut ab aliquo interpellaretur, ~~et~~ pro tali [...]
[...]orum congregatione cogenda, cum hoc ad suum munus spectaret, nec absque eius vo[...]
simul adunari possent. Quo circa tantum potest restare dubium circa subsistentiam [...]
nis, et duarum sequentium, in quarum 17 pro Capitulo Gen in anno Provincialium decla[...]
in singulis Capitulis Provincialibus et intermedijs nedum a Diffinitorio detur socius Pro[...]
cialis ad capitulum Generale, verum a Capitulo eligatur Elector, ut si contingat vacantia[...]
[...] ordinis hic sit Diffinitor cap. Generalis: in 18 autem declaratur, quod si electi in [...]
Diffinitorum, aut Provincialium vita functi fuerint, vel non potuerint pergere ad cap[...]
Generale tunc Diffinitores Cap. Provincialis immediate præcedentis hæc munera subeant [...]
declaratur d. 2. cap. 4. § 3. in glosa lit c.

7 Has autem declarationes modo subsistere, formam que agendorum circa hæc præb[...]
buerunt stantes pro hac sententia fluxibus. 1° in communi ex ipsa methodo semper serva[...]
actis Capitulorum Generalium, sub diversis titulis; Denuntiationum, declarationum, Or[...]
num, admonitionum, et sub distinctis respective numeris pro maiori claritate maxime [...]
posteriores sæculi collocando ea quæ ad præfatos titulos spectant: sub titulo quidem declara[...]
declarationes textuum sacrarum constitutionum, vel amplioris postea earum explicationes, pro[...]
nitur in laudata declaratione XVI: nec unquam perspicitur sub titulo Ordinationum [...]
alicui præcedenti declarationi, licet quandoque aliqua ordinatione detur expeditior [...]
pro executione præcedentium declarationum, qualiter datur in laudata Ordinatione Cap. 4 [...]
ad hoc in prologo Constitutionum datur Capitulis Generalibus facultas faciendi Ordinationes [...]
durent donec per similem auctoritatem revocentur, ut pro temporum qualitate præscri[...]
quæ expediant pro exactiore observantia Regulæ S. Aug. et Constitut. circa observantiam [...]
promotionem Cultus divini, et Studiorum, et bono regimine. Constitutiones namque non pote[...]
tulum Generale vel in minimo alterare, nisi servata forma præscripta in Prologo, scilicet per [...]
Capitula Generalia continua, procedentia in primo per modum inchoationis, in secundo Con[...]
tionis, ita ut in tertio sortiatur vim constitutionis: aut per Capitulum Generalissimum cele[...]
iuxta formam præscriptam in Cap. 10: a cuius celebratione Patres nostri adeo abhorruerun[...]
sacræ nostræ constitutiones immutentur, ut simile capitulum post felicem transitum N. P. N. Dom[...]
quidem celebratum fuerit sub eius successore B. Iordano annis 1228, et 1236, postea autem ter indic[...]
gregatum, sed non celebratum nisi ut simplex Generale, ut adnotatur in glosa illius cap 10. lit a.

8 1° Præfata declaratio gaudet omnibus conditionibus, quæ exigi possunt, ut sine [...]
rem exactissimæ declarationis omnium textuum loquentium in constitutionibus de hoc [...]
ut illi possit recte adaptari doctrina Fagnani Cap. Quoniam. De constit. n 14, nempe quod [...]

ab ex facto, qui a legis conditore ius habet legem interpretandi essentialiter non differt a
lege declarata: iniuriam ergo Patribus, integrantibus Cap. Generale Bononiae 1725,
qui asseruerit sibi arrogare auctoritatem revocandi hanc declarationem, cum minime potius
sent alicui septui constitutionum derogare: nam re vera praefatam declarationem cassassent, si
opiniones primo recensitis subiissent, ut usque serio reflectenti patebit. Antecedens probatur, seu
explicatur: Quia cum de hoc puncto agatur in constit. d.2. tum cap. 4 §. 3: tum cap. 5 § 5.
tum cap. 17, suppressa quidem in Cap. Gen. Barcinone 1620, eo quod, cum in Cap. Auenion.
1561 facta fuerit via regulari constitutio de celebratione Cap. Gen. de trienno in triennium
una vice ultra, alia citra montes, ut patet cap 8 § 1, derogans constitutioni de biennali
aut triennali, in illo eodem capitulo declaratum fuit posse deleri illud cap 17, ut patet in
glosa eius, denuo restitutum auctoritate Urbani VIII in Cap Gen 1620 = Sane omnibus in his
locis supponitur tamquam certum, quod si tempore, quo celebratur Cap. Provinciale est notitia va
cantiae Magisterij Ordinis ita eligantur Diffinitor et socius, ut non detur locus novae eorum
electioni. In capitulo autem 17 § 11 praescribitur quod singulis annis celebrentur Capitula Pro
vincialia, sed non eligantur Diffinitor et socius nisi in celebrato in illo anno, in quo celebran
dum est Capitulum Generale. In glosa autem lit. 6, declaratur, quod si Capitulum Generale
ex morte Magistri ordinis vel alia causa non celebretur in illo anno, pro quo in praecedenti Capi
tulo Gen. fuerat indictum, et prolongetur, electus in Capitulo Provinciali in Diffinitorem non poterit
virtute ~~illius~~ talis electionis diffinire: sed oportebit aliam electionem in ultimo anno Capituli Gene
ralis celebrandi facere. In Cap autem 4 § 3 dicitur, quod si capitulum Provinciale fuerit celebratum,
et ~~in illo electi fuerint~~ et postea innovetur imminentia celebrationi Cap. Gen. pro electione Magistri
ordinis, in anno Diffinitorum electi Diffinitor et socius erunt Electores Magistri ordinis: in anno
autem Provincialium, vel quando ex alio quacumque causa ~~[illegible]~~ Diffinitor et socius, non fuerint ~~[illegible]~~ [illegible]
stat tempus ut eligantur, propter quodcumque ~~impedimentum~~ (videlicet discretorium) legitimum impedi
mentum; tunc dico de Diffinitoribus immediate praecedentis Capituli Provincialis ~~ad electionem~~ [illegible]
Magistri Ordinis admittantur, quorum antiquior in Ordine sit Diffinitor. In capite autem
5. § 4 dicitur, quod in duobus annis Diffinitorum, a maiori parte Capituli Provincialis eligatur Diffi
nitor Capituli Generalis, et ei a diffinitorio assignetur socius: et § 5. quod si in anno in quo celebra
tur Cap. Provinciali in quo fuit electus Diffinitor, ~~et socius~~, repraesentetur a Cap. Generali: qui in
sequenti Cap Provinciali fuerit ~~electus~~, habeatur Capituli Gen. Diffinitor: si vero nullus alius legitimus electus
fuerit, ille qui in praecedenti Capitulo electus fuerit, legitimus sit Diffinitor: et idem dicitur de
eius socio = Haec sunt expresse constituta in his capitibus: quorum omnium, si genuinum et germa
10 num sensum coniungamus, non est alius ab illo, quem clarius exprimit praefata declaratio
XVI quantum ad annum Diffinitorum: et exprimitur in 17 quoad annum Provincialium: et in 18
quoad casus fortuito contingentes. Facta namque, ut potest fieri in singulis capitulis Provincialibus
electione electorum Magistri ordinis, ut in illis praescribitur fieri, per illas omnibus casibus contingenti
bus occurritur prudentissime et ad mentem sacrarum constitutionum in praefatis locis. Uni tan
tum textui non consonat scilicet secundo cap 17: sed huic erat iam derogatum d. 2 cap. 4 § 4. dum
dicitur, quod capitula Provincialia sint biennalia: ~~[illegible]~~
et ~~socius in capitulo Provinciali anno in~~ et cap. 5 dum ex constitutione facta Vallisolet. 1523
tollitur ius electi in capitulo Provinciali, anno in quo non fuit celebratum Capitulum Generale, et
adiudicatur electi in sequenti capitulo Provinciali, usque post duos annos iuxta praefatum Cap.
7, § 4 = Textibus autem vi sua in praesentiarum praepositis per omnia consonat, exprimens clarius
ius, quod inerat, ut est proprium declarationis legis: siquidem in omnibus illis supponitur ius Provin
cialium, ut etiam post Provinciale capitulum, aut in ipso celebrato sine notitia vacantiae Ma
gisterij Ordinis possint eligere diffinitorem et electorem: Quod quia non ita clare apparebat
quantum ad annum Provincialium in illo textu 3 cap 4, ideo declarant Patres per de
clarationem 17, per quam praescribitur quod tunc eligatur elector, qui in casu vacantiae Magiste
rij sit diffinitor, et socius electus sit elector: ut non sit locus Diffinitoribus praecedentis capituli,
nisi in casibus declarationis 18, si iuxta declarationes praecedentes sit facta electio. Ex alia parte
in illis textibus non cogunt Provinciam ad celebrationem novae electionis Diffinitoris et Electoris
si contingat vacantia Magisterij ordinis, sed relinquitur iudicio discretorum, et eorum prudentiae
an adsit [illegible] quod ex diversis capitibus iuxta diversas circumstantias
potest accidere, quarum circumspectio et ponderatio ipsorum prudentiae relinquitur. Hanc autem omnia
complectitur praefata declaratio, nec dum asserit Provinciam posse denuo congregari ad novam electio
nem: sed congregationem ~~aut~~ fieri, aut ab illa supersedere non posse ex arbitrio P. Provin
cialis statuendo quod in singulis Capitulis eligantur, qui [illegible] electores Mag. Ordinis, non relin
quit locum casui in quo non sint electi, et deinde, si tempus suppetat, asserit.

2a si suppetat tempus ad capitulum celebrandum, alio qui plurimo fieret tali congregatio. Ubi valde notetur, quod non committitur iudicio discretorum Capitularium nomine suo unice in ipso exercitio. Debet Cap. Gen. quandum ad praesentem causam intelligi prima pars Magistros Provinciae) iudicium de absentia legitima impedimenti celebrationis Capituli, ut in illo textu 3. vidimus n. 7 quando non erant electi: sed eum supponantur electi nominatim, eorum iudicio relinquitur utrum, etiam si non adsit legitimum impedimentum Capituli, sit hic et nunc expediens illud celebrare pro nova electione.

12 – 3o probatur

cialis de consilio maioris partis per vota secreta graviorum Patrum vel Magistrorum in quibus est numerus Magistrorum Provinciae Provinciae 2a. per quae quoad ordinaria, in quibus est numerus Magistrorum Provinciae tantum intelligi Magistri Provinciae. Continuat nomine declaratorum quantum ad hoc tantum declarare potuit capitulum generale Romae 1694. Quod merito contigit, quod suo iure declarare potuit capitulum generale Venerabilium Patrum Ordinis: adeo zelans observantiae [illegible] primis capitulis promotum venerabilium Patrum recto regimini, ut si dimissum servemus cuncta extollitur cavens, et eiusdem forte prospiciens recto regimini, ut si dimissum servemus cuncta ex illa Ordinis in diebus antiquis. Quod maxime crescat, refloreat necesse est ille color eximius Ordinis in diebus antiquis. Quod maxime V. R. Rmo Patri Fr. Antonino Cloche, sub quo electo anno 1686, et a serenissima Rmi Rev. montes postea Illustrissimi Archiepiscopi Compostellani pro Provinciis Gallicarum, expectatissimo in causis ordinis celebratum fuit praefatum Capitulum: nec tamen cum acta typis data sunt ad annum 1707, quo tempore declarationes vix plura magna circumspectione [illegible] addidit, nec jacta, nisi omnibus illa visis et approbatis a Capitulo Gen. illo anno 1706 Bononiae celebrato dat ex actis. Igitur ex tam matura reflexione non potuit non magna accrescere auctoritas declarationibus 16 et duabus seqq. obstant ne dicatur, per simplicem ordinationem cap. Gen. illis fuisse derogatum.

12 3o probatur ex ipsa ordinatione obiecta. 1o in communi, quia nemo nescit quanta veneratione Rmum etiam actus Magister Ordinis prosequutus fuerit Rmum Cloche, cui per plures annos fuit a secretis pro Provinciis Hispaniarum, vocans eum Magistrum suum: incredibile ergo fit, quod Capitulo Generali sub ipso celebrato permittat declarationes graves factas pro tam plano negotio Capitulo Generali, pro cuius actis tantas Rmus Cloche impenderat curas = 2o quia ut vidimus illa declaratio nihil aliud proferunt, nisi quod mereat textus constitutionum nostrarum: Capitulum autem Generale vidimus non gaudet auctoritate immutandi textus constitutionum.

13 3o ex ipsis verbis praefatae ordinationis. Sic enim procedit: Tametsi sufficienter per sanctas Ordinis constitutiones, et capitula generalia praecedentia, praecipue vero per Romanum 1694 declarat 16 et seqq. provisum sit circa electionem legitimam Definitoris vel electoris pro quibuscumque comitiis Generalibus celebrandis; ad tollendas tamen dubietates omnes, quae ob occurrentes circumstantias emergere possunt, utque in omni eventu semper adsint respectu Magistri ordinis electores, ordinamus, quod in quolibet Capitulo Provinciali eligantur Definitor, et Elector, sive socius ad Capitulum Generale; hisce subadditis expressionibus: quatenus opus sit: et: sive cap. Generale proxime celebrandum sit Provincialium, vel Definitorum. Salvo tamen iure de Definitore, eiusque Socio. Triennium quibusdam Provinciis. Hactenus laudata ordinatio: expresse extollens providentiam in nostris constitutionibus prout declaratae sunt per praecedentia Capitula Generalia, et eiusque per Romanum 1694 in tribus saepius laudatis declarationibus. Quomodo ergo fieri potest, ut damus Patres in illo capitulo Bononiensi 1725, etiam si possent, voluisse derogare nostris constitutionibus ita egregie declaratis praecipue in illo Cap. Gen. 1694, aut aliquid ipsis contrarium ordinare? Quin potius ex eius tenore satis aperte constat, illas declarationes explicare quam formam, quam regulariter sequuntur Provinciae. Adhibuerunt tamen per illam ordinationem, et declarationes nullas expresse apponi cautelam pro casibus, qui ex conditionum et variarum circumstantiarum possunt accidere. Regulariter quidem non videtur necessaria, immo posset videri supervacua postrema declaratio; cum tempore quo celebratur Capitulum Provinciale regulariter sciatur, capitulum Generale proxime celebrandum iuxta ordinationem d. 2 cap. 8 § 1 fore determinate Definitorum, aut determinate Provincialium: Verum quia capitulum electionis Magistri ordinis, ad petitionem Provinciarum non orbi non possunt alia Generalia celebrari, nisi conveniatur illo tempore, quo commode possit ad ipsos convocationem et spiritus arripere (Forsan haec dispositio adeo rara effecit Capitula Generalia) et contingere potest brevius ex dispensatione Apostolica celebrandi capitulum Generale intra electionem Magistri accidere casus in quo in illis Provinciis, non sciretur, an capitulum Generale comprehendat pro electione Magistri sit Provincialium, aut Definitorum: Et ita figurari possent alii casus qui possint contingere. Quo circa capitulum Generale, quod omnibus Provinciis providet, voluit cautelas adhibuit, ad tollendas omnes, quae emergere possint, difficultates. Item in illa 17 ordinatione pro anno Provincialium satis quidem aperte habetur, quod electus elector sit Definitor si contingat Magistri ordinis, et socius elector: Forte autem, si hic esset antiquus in ordine conari posset minus Definitor specifice non electi, arguendo ex his, quae de Definitoribus Cap. Provinciali dicuntur Cap. 8 § in subsidium, scilicet memoratur Definitoris et Electoris: Ad haec ergo praecavenda praescribitur alter tamquam Definitor, alter tamquam elector vel socius. Et ita figurari possent alii casus praeter occurrere voluerunt, immutatis prorsus praecedentibus declarationibus. Nec est praetermittenda exceptio ad calcem adiecta: Salvo tamen iure etc. Nam ex illa adiuncta illa theoria

14

15